

Federico II di Svevia

*Arenga 302*

Basilicata University Press

—

*Digital Humanities*

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Federico II di Svevia

*Arenga 302*

Febbraio 1222

[R]egi regum omnium, de cuius munere

[R]egi regum omnium, de cuius munere adiuti imperii et regni moderamur abenas, tantó devotius in laudis hostia et operum exhibitione condigna tenemur assurgere, quanto [no]biscum ampliorem misericordiam operando solium glorie obtinemus et in trono divorum augustorum proenitorum nostrorum nos mirabiliter collocavit. Quem cum de hiis, que ab eo bonis recepimus, honoramus, profecto imperium et regnum nostrum tunc bene confidimus stabiliri et eo gloria nostra maiori stabilitate perdurat, quo ipsi, qui bona tribuit universa, eam per effectus gratitudinem dedicamus. Licet enim bonis nostris non egeat, qui est bonorum omnium plenitudo, in se tamen recipit, quod in aula reponitur sancta eius, et cum multiplicata feneratione restituit, quod servis suis simplici comercio erogatur.